Fragmentarium

gnis et in portentis. et in manu robu
sta et in brachio extento. et in terrore
magno. et dedisti eis terram hanc quam
iurasti patribus eorum ut dares eis terram flu
entem lacte et melle. Et ingressi sunt et pos
sederunt eam: et non obedierunt voci tue
et in lege tua non ambulaverunt. omnia que
mandasti eis ut facerent non fecerunt
et evenerunt eis omnia mala hec. Ecce
munitiones extructe sunt adversus ci
vitatem ut capiatur: et urbs data est
in manus chaldeorum qui preliantur adversus
eam a facie gladii et famis et pestilen
tie. et quecumque locutus es acciderunt. ut ipse
tu cernis: et tu dicis mihi domine deus eme
agrum argento. et adhibe testes. cum
urbs data sit in manu chaldeorum. Et
factum est verbum domini ad me dicens.
Ecce ego dominus deus universe carnis. Num
quid mihi difficile erit omne verbum? Pro
pterea hec dicit dominus. et ecce ego tradam
civitatem istam in manu chaldeorum
et in manu regis babylonis: et capient
eam. et venient chaldei preliantes ad
versum urbem hanc et succendent eam igni:
et comburent eam. et domus in quarum
domatibus sacrificabant baal. et li
babant diis alienis libamina ad irri
tandum me. Erant enim filii israel et filii
iuda iugiter facientes malum in oculis
meis ab adolescentia sua. Filii israel
qui usque nunc exacerbant me in opere
manuum suarum. dicit dominus. Quia
in furore et in indignatione mea facta est
mihi civitas hec. a die qua edificave
runt eam. usque ad diem istam qua au
feretur de conspectu meo propter malitiam
filiorum israel. et filiorum iuda. quam fecerunt
ad iracundiam me provocantes ipsi et
reges eorum. principes eorum et sacer
dotes. et prophete eorum viri iuda. et habitato
res ierusalem. Et verterunt ad me terga et
non facies cum docerem eos diluculo
et erudirem. et nollent audire me
ut acciperent disciplinam. Et posuerunt
ydola sua in domo in qua invocatum
est nomen meum: ut polluerent eam. Et
edificaverunt excelsa baal. que sunt
in valle filii ennon ut initiarent
filios suos et filias suas moloch: quod
non mandavi eis. nec ascendit in cor
meum ut facerent abhominationem hanc.
et in peccatum deducerent iudam. et nunc
propter ista hec dicit dominus deus israel ad civita
tem hanc. de qua vos dicitis quod tradatur
in manu regis babylonis in gladio et in
fame. et in peste. Ecce ego congregabo
eos de universis terris. ad quas eieci eos
in furore meo. et in ira mea et in indignati
one grandi: Et reducam eos ad locum
istum. et habitare eos faciam confiden
ter: Et erunt mihi in populum: et ego ero
eis in deum. Et dabo eis cor unum et viam
unam ut timeant me universis di
ebus: et bene sit eis et filiis eorum post eos.
et feriam eis pactum sempiternum: et
non desinam eis benefacere. Et timorem
meum dabo in corde eorum: ut non recedant
a me. Et letabor super eis cum bene eis
fecero: Et plantabo in terra ista in veritate
in toto corde meo. et in tota anima mea. quia
hec dicit dominus. Sicut adduxi super populum
istum omne malum grande hoc: sic ad
ducam super eos omne bonum quod ego lo
quor ad eos. Et possidebuntur agri in terra
ista: de qua vos dicitis quod deserta sit.
eo quod non remanserit homo et iumentum. et
data sit in manu chaldeorum. agri pe
cunia ementur. et scribentur in libro. et im
primetur signum et testis adhibebitur
in terra beniamin. et in circuitu ierusalem in
civitatibus iuda. et in civitatibus mon
tanis. et in civitatibus que ad austrum
sunt: quia convertam captivitatem eorum ait
dominus. Et factum est verbum domini

XXXIII

Et factum est verbum domini ad ieremiam
secundo. cum adhuc clausus esset in
atrio carceris dicens. Hec dicit dominus
qui facturus est et formaturus illud.
et paraturus: dominus nomen eius. Clama
ad me. et exaudiam te: et annuntiabo tibi
grandia et firma que nescis. Quia hec dicit
dominus deus israel ad domos urbis huius.
et ad domus regis iuda que destructe sunt.
et ad munitiones et ad gladium veni
entium ut dimicent cum chaldeis. et imple

STCBBC1001-15

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 30.1, (seq. 29) – Jeremiah and Lamentations (https://fragmentarium.ms/view/page/F-zshm/1117/15758)